

40 Theol. 2549/50 Dammhauer

S No 487,50

416 254 067 900 17



4 Theol. 2549 (50)

col.  
49 | DECANVS  
FACULTATIS THEOLOGICÆ  
IN ALMA ARGENTORATENSIVM  
Universitate

JOHAN. CONRA.  
DVS DANNHAVVER, SS.  
THEOL. DOCT. PROFESSOR  
& Conv. Eccles. Præses,

*Civibus Academicis S. P.*



ARGENTORATI

Excudebat JOSIAS STÆDEL, Academiæ Typographus.

ANNO M. DC. LXI.

23



Univ.-Bibl.  
München



Ira quidem sunt nomina, quibus DIGITUS DEI, Spiritus Sanctus, Sathanam in sacris voluminibus, designavit, depinxit, adque terrorem nobis exposuit, Diaboli præsentim (quem pri scilicet nonnulli ac Latini doctores, græcae linguae ignorantia decepti τὸ δέ in Zalmantantes Zabulum dixerunt) cognomentum h.e. obtrectatoris, Detractoris, sycophantæ, ἐπειδὴ (ita Joh. Chrysost. in 2. Corint. 1.) ναὶ θεὸς ἀνθρώπους διαβάλει, ναὶ ἡμῶν θεὸς, ναὶ πάλιν ἡμῶν ἀνθρώπους αὐτοὺς ἀνθηλεῖ. Dirior personatione significata, Auctor scilicet Dux, Fax, concitator calumpniarum, mille millenis, à primo statim in Paradiso tentato molimine hucusque, exemplis, experimentis, casibus, exploratus; cuius aculeos cùm omnes Christo devoti, tūm vel maximè Ecclesiæ Doctores illi, qui divino calculo motuque ad bella Domini, ore styloq; gerēda, sunt auctorati, ac adverso corpore in acie stant primi; in nostra quoque Argentoratensi Ecclesiâ Scholaq; ad excubias positi, vix ab aliis virulentiores senserunt, quam à syncretistis Apostolis procisque. Non à Gretsero solum D. Joh. Pappo, Pappo vilius habitus & conculcatus est, sed & à (magno aliâ in suâ sp̄ttrâ & circuitu Viro) Sturmio, tanquam concordia Ecclesiastica hostis miserrimè vapulavit. Quas cruces fixerit prudentissimo Theologo, qui nuper Cathedram nostram Theologicam beatâanalysi vacuefecit, Colmariensis Διαβολὴ; ejusdem Syncretismi patrona, recens memoria tenet, ac elenches der Colmarischen Läster-Schrifft / palam contestatur. Hoc patientius, mihi in hac arenâ omnium minimo, ferendi haec tenus fuerunt, suntque adhuc, bombi, ictus, styli in me, DEI gratiâ haut inermem, haut p. l. domita

variis è locis jaeti, sed & ejecti, depulsi, elisi; tanto contra fortius animus mihi obfirmandus est, quanto, ex longo usu durius occalluit. post debellatos Walenburchios, Ni-husium Valerianum M. Henrici, Cornæum, Maresium, Wirzium, auctorem præ Adamitarum, Colonensem sacerdotem; nullam mihi formidinem injicere debet aculeator spinis, quam mente acutior Cimbrica Histrix. *Dominus Lux mea & salus mea quem timebo?* *Dominus mihi adjutor non timebo, quid faciat mihi homo?* Circundederunt me sicut apes & exarserunt sicut ignis in vepreto, & in nomine Domini excindam eos. Quidni in DOMINO confidam, cuius causam ago, qui alioquin Carnis consilia secutus & ipse malleum ξω βλαβη dies humanos sectari delicatus, & dormire requietius. Quam enim aliam causam egi, cum Anno M DC XLVI. (nam ab hoc certaminis auspicia sunt capienda) Dnn. meis Collegis, nuper è militante Ecclesiâ ad triumphantem evocatis, tunc autem ad auxilia ferenda cum gravi paroxysmo luctanti Ecclesiæ & Academiæ Regiomontanæ in Borussiâ, concitatis, Collegiale judicium, studium, synaspisnum junxi, pauloque post mysterium syncretismi detexi & cum mysterii prænominati suggillatorem Sigalionis nutu digitoq; compescui & tacere jussi; cum forte aliunde advolitantem Disputationem inauguralem de Catechesi veterum, inque cā *Thesin* syncretismo tunc agitato proprietam, ac Juliani illius in thes 83. eximie collaudati sobolem; insuper Theologicæ incuriæ temere accusatricem, quasi ex literæ catecheticae sono pacem inire & consecrari neglexissent Augustanæ Confessionis Theologi (quos cum carpit, primus signum belli sustulit, primus lacepsivit, nec in menistratum hyperaspisten, certaminis moti initium transferre debet, y'deniq; claram minimeq; tam abstrusam ut ex literæ sono, ex fine scribentis & contextu non posset deprehendi, ac ipso auctore tanquam oedipo opus habuerit; cum, inquam, thesin, nullâ cum auctoris mentione, nedum famæ læsione, nisi quam postea obliqua consequentia, eā arte quā è roseto fila arachné, nevit: nullâ itidem cum censurâ censuræ, unde prodit,

dit, Theologico Academicae, qui sciam etiam quandoq;  
Homerum dormitare posse: s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> aliquid indulgeri Respon-  
dentis periculo, ~~et~~ prophetarum prophetis debitam,  
& horum crisi<sup>n</sup> nullâ censurâ excludi, primore digito, idq; ex  
officio, delib<sup>o</sup>; veritus ne si periculosa thesis intacta etiam  
inter nostræ Academiæ alumnos incautiores, jam dum in  
nova tunc placita prurientes, dimanaret, non leve scanda-  
lum oriatur. Licuit Paulo Petrum corriger, Augustino Hie-  
ronymum, nec Transjordaninis vitio versa fuit conjectura  
~~περιπτειομένης~~ è novâ arâ per- cis Jordaninos extructâ, conce-  
pta: Cùm porrò ex epistolâ primùm Lonnerianâ, post  
apologiâ tutelari primâ, utraque dicacissimâ,

*Pulvere quì visus l<sup>ad</sup>ere, saxa fero*

Immò deglilio non masticata, ac ferociter lacestis, sic  
præbeo alteram maxillam, sicut eam D O M I N U S  
meus præbuit alapam impingenti, ut & verbis responderet,  
& culpam sibi vel probari, vel agnoscere innocentiam vel-  
let. Debebam fortassis scribere, *omnia bene fecit*, non scripsi;  
rescripsi contra literas vindices veri, & falsi obices: atq; sic  
in Sathanam succensoris paredrū peccavi genus peccati san-  
ctissimum; qui districtus non amplius in solum *διαβολισμόν*, sed  
in fuorem effrenem, tanto impunius debacchatur, quan-  
tò id potest securius (nam quotus hæc talia utroque oculo  
legit, quotus audit utraq; aure, ut arbitrari possit?)  
totus in fermento, totus œstro percitus, contumeliis char-  
tas prodigiosè perfundit, perversioribus verborum petulan-  
ter lascivit ac immaniter sœvit (ò mites Cornæi sannas! ò  
delicatos Wirzii morsus! ò sesama verborum dieteria τῶν  
ἄλλων Allophylorum! si ad hæc quasi fraterna, at Stygia spu-  
ta ac immodicæ bilis cruentamenta conferantur!) atque hoc  
ipso suam adynamiam, succubitum, perditæque causæ  
argumenta luculenta prodit, in eâ quam coxit iteratâ apo-  
logiâ, scripto scil. ex aliorum judicio *διαιρονονείσω* & æternis  
tenebris sepeliendo; ac ipsius D. Conradi Horneii, si possit ad  
vivos redire sequester, calculo

## INVERSO DISPUTANDI PROCESSU

in quo omnia, quæ in Dialecticam peccari possunt flagitia  
enormiter designantur: cætera quæ speciem habere viden-  
tur eruditionis, farraginem quandam & indigestam pa-  
trum turbam exhibent: *præstisset sane* (ex monito Epicteti)  
*lac lanamque exhibuisse*, quam pinguem tot oneribus ven-  
trem, ut appareret, non quantum comedisset ovis, sed quantum  
concoxisset. Cum hujusmodi monstra detego, atq; nō auctor  
duntaxat (cui quidem, si volens talia admisit, cavillatori ma-  
nifestatio; si rudis, quod omnino credere malim, perfectius  
erudiendo, ut si disputare velit, prius discat rectè di-  
sputare; neque putet, ubi vis scholalopeicismi exuthenismo  
se prævalitum, sed in Cresconismum, atque idèò in dicam  
Augustini incursum, nullum responsum debeo) sed & stu-  
diosæ Juventuti cōsulo, analyseos Dialecticæ in controversiis  
Theologicis exemplum præbendo serium: cum syncreticam  
pacem fixa catarractâ refello; ejus colores abstergo; ab ejus  
pellaciâ caveo, si illis non possum qui nomen fortassis ope-  
runt, rem sinu fovent, ac disputandi æneib[er]sa fastidiunt, hoc  
præsertim seculo, quo Disputatoris nomen probrosum  
esse ac pietati opponi cœpit: saltem illis, quos Numini  
metus à pace Numini invisâ adhuc absterret, qui juste ve-  
rentur, ne novum conciliaturæ inter Christianos hevre-  
ma, tandem ad novum Alcoranum graffetur: cum contra-  
clavem pacis in sacris literis consecratam à D O M I N C  
ipso, Apostolis & sinceris Ecclesiæ Doctoribus unicè usita-  
tam laudo; cum Formulam Concordiæ tueor; controversi-  
as agito non de stillicidiis, sed de summis: fidei momen-  
tis, aque ovili nostro longo longius propello ἐποχα insidio-  
fas; & trabales errores, ut sunt, denegata S. literis solitudi-  
regula fidei: sufflamen incrementi fidei: Athanasiani Sym-  
boli repulsa: jactura articulorum fidei, processionis scil. &  
terna Spiritus S. à Patre Filioque: Defensus Christi a  
inferos propriè dictus: communicationis Idiomatum, e  
omni

in præsentie carnis Christi : adde Impunem hodie igno-  
ntiam de Papâ Antichristo : qualis etiam de Christo, ven-  
ne an venturus sit? adiaphora visa est acerrimo Christiano  
nominis hosti. C E L S O. aiebat iste (teste Origene Philocalia l. 3. pag. m. 112.) stulte inter se contendunt Christiani & Judæi : nihilque differt eorum concertatio Christo, ab illâ proverbio celebratâ contentione dei umbrâ : nihilque gravitatis habet tota hæc quo: Utrisque creditibus prænunciatum, per afflatos di-  
no spiritu Yates, adventum Servatoris humani generis, eternum in hoc dissentientibus; veneritne is qui oraculis signetur annon? Cum denique Phreneticum (argu-  
entis) ligo, molestus licet, tamen amo : si quib[us]iam  
ta August. Epist. 48.) inimicum suum periculis febribus  
reneticum factum currere videret in preceps, nonne tunc  
vius malum pro male redderet, si eum sic currere permit-  
ret, quam si corripiendum ligandumque curaret? Et tan-  
ten ei molestissimus & adversissimus videretur, quando ui-  
simus & misericordissimus extitisset. Cum, inquam hæc  
iustæ agο, cuius bella ago, nisi D O M I N I, Po-  
marchæ; qui felici catastrophe colaphos Sathanicos in  
celius mutabit, ac optimi pharmacopœi instar, ex hac  
quoque viperâ medicamentum salutare conficit? ad cuius  
iam Thronum, Regis Hiskiæ exemplo, depono chartas ad-  
uersarias, Tartaro afflato imbutas, Numini cœlesti invisas,  
ecclesiæ orthodoxæ infestas, criminatrices, furiosas; iisq; op-  
ono hoc Programma prophylacticum, ne ἐχιαστρατείω tripul-  
iet ante depræliatum prælium : plenius antidotum tum  
orrestrurus, cum è nixis præli laboribus eluctabitur D. Hor-  
ei Schulz Rechf. Interea ac deinceps contra nomina Dæ-  
monum dira & terrifica, contraq; ipsam vermis Legionis no-  
men, solatia hautio, ex suavissimis Cælitum custodum no-  
minibus, ac inter hæc nomine THRONORUM. Quod  
in illustrandum sibi sumserit circulari homiliâ, *cras horâ*

VIII. in profecto S. M I C H A E L I S Archangeli di  
Vir plurimū Reverendus ac Præcellentissimus Dn. SEBi  
STIANUS SCHMIDLIIIS S. S. Theol. Doct. & Profe  
for Celeberrimus, h. t. Universitatis Rector Magnificus, E  
clesiastes Ordinarius, Fautor, Amicus, Collega & in CHR  
STO Frater honoratissimus, ad disertissimam sublimis a  
gumenti tractationem auribus imbibendam, etiam atq  
etiam invito omnes, quibus curæ est Thronorum Ange  
corum præsidiis frui. Exaratum & Intimatum  
XXVII. Septemb. Anni à Christo nato  
M DC LXI.

F I N I S.

